

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7384

Autre(s) référence(s) : Round 1280

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Odoïn de Malpalu [panetier du roi]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1172-1189]

Lieu d'émission : Montfort-sur-Risle

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Concession du métier de la paneterie à Odoïn de Malpalu. — Texte sans doute altéré.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, p. 4, n° 14.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCCV, t. 2, p. 328-330.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 1280.

Dissertation critique

« 1172-1173 – 1189 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 328. Cet acte, qui porte la formule *Dei gratia*, n'est pas antérieur à 1172-1173.

Texte établi d'après b

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis tocius Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Odoïno de Mala Palude, servienti meo, totum suum mi[ni]sterium de mea panetaria cum omnibus pertinenciis suis. Et volo et confirmo quod in curia mea habeat omnibus diebus, quamdiu ero apud Rothomagum, liberationem, scilicet in despensa mea quatuor denariatas panis, et in meo celario unum sextarium vini militum, et in coquina mea quatuor fercula, unum ex magnis, et duo ex militibus et unum dispensabile. Et ipse Odoïnus debet invenire panem in curia mea, et talliare cum dispensariis meis, et talliare cum omnibus bolengariis meis. Et predictus Odoïnus debet recipere denarios et

acquitare bolengariis. Et quando mittam pro pane apud Rothomagum, sepedictus Odoinus debet adducere ad custum meum. Et quisque caballus debet habere duodecim denarios, et queque banesteria sex denarios, et queque corbellia unam denariatam panis. Si panis adducitur per aquam, batellus habebit sex denarios in itinere. Et sepedictus Odoinus totum residuum panis mee panetarie habebit quando iter fecero ; et debet habere omnem custodiam et omnem justiciam meorum bolengariorum Rothomagi et infra leucatum Rothomagi et omnia forefacta illorum ; et debet habere omnia pondera panis et omnes emendas panis et omnem panem forefactum, et in aqua Secane debet habere unam piscatoriam liberam et quietam ab omni consuetudine et exactione ; et debet molendinare totum bladum suum in molendinis meis de Rothomago liberum et quietum sine motura, et debet esse ingranatum post illum (sic) bladum quod invenerit in tremoia ; et debet esse unus ex regardatoribus forestarum mearum ad custum meum ; et debet habere suum pasnagium liberum et quietum in omnibus forestis meis ad omnes porcos suos ; et debet habere ad Natale viginti solidos vel quatuor porcos. Et predictus Odoinus debet tenere unum tenementum suum, ubicunque sit, libere et quiete, bene et in pace, plenarie et honorifice, et omnia tenementa sua de herede in heredem, cum omnibus pertinentiis suis, et omnes res suas et possessiones [liberas et quietas], ab omnibus consuetudinibus et auxiliis et querelis et occasionibus et talliis et mutacionibus et defensis et merchis et equitacionibus et exercitibus et muris et aruris et passagiis et pasnagiis et teloneis, et ab omnibus officiis citra mare et ultra in terris et in aquis. Quare volo et firmiter precipio quod ille Odoinus et heredes sui hereditabiliter teneant, ne aliquis eos vexet nec disturbet nec placitare faciat nisi coram me, nec in res nec in possessiones suas manum mittat, nec in misterio meo panetarie nec in bolengariis meis justiciam faciat, nisi predictus Odoinus vel heredes sui, super decem libras forefacture. Et si aliquis eum vel heredes suos de aliquibus predictarum rerum vexare vel disturbare presumpserit, precipio quod illa que ipse vel heredes sui pro vexacione vel disturbacione amiserint eis reddantur ab illo qui illa vexaverit vel disturbaverit.

Testibus : Lexoviensi episcopo, Willelmo de Herion, R. de Veir, R. de Corci, Johanne Martel.

Apud Monfort.